



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homo Christianus In Sua Lege Institutus. Sive Discursus Morales

Qvibus Totvm Hominis Christiani Officivm Explicatvr; Quídque is fugere,
quid agere debeat, quàm exactiſimè traditur

Segneri, Paolo

Augustæ Vindelicorum ; Dilingæ, 1695

Discvrsvs XXIV. Discursûs antecedentis, de Misero Luxuriosorum Statu,
materiam prosequitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45964](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45964)

DISCURSUS XXIV.

Discursus antecedentis, de Misero Luxuriosorum
Statu, materiam prosequitur.

Sol sua solus virtute par esset auro in visceribus terrae producendo, nulla non fodinae auro referta forent: at quia praeter virtutem Solis certae insuper in ipsa terra dispositiones requiruntur, aut admodum rarum est. Ita ferè se res habet in negotio aeternae salutis nostrae. Si penes solum foret Domini Dei voluntatem, quis nostrum aeternam salutem non consequeretur? Quia verò ille Gratiae suae nostram jungi vult operam, hinc paucissimi in mundo sunt, qui salutem obtineant. Itaeamen se res habet: *Qui fecit te sine te, non salvabit te sine te.* Quòd si igitur Libidinosorum salus tanto in periculo est ex parte Divinae voluntatis, quanto in periculo manebit, attendis ipsi, quae propria ipsorum voluntate praestanda sunt? Quam Deus ex parte sua voluntatem Libidinosi adstantem habeat, dictum est superiore Discursu; nunc porro declarandum est, quomodo etiam ipsi Libidinosi voluntatem salutis tuae contrariam foveant, ut vel sic commoveamur ad monstri inhumanissimi magis feriam detestationem, quale est Luxuria, Animarum Charybdis. Ut autem, quam ordimur, telà bene lon-

gam ritè ac ordine pertexamus, totum, quod à propria voluntate immi-ner periculum, tria in capita partiemur, ostendendo, Lascivos gravissimo damnationis periculo expositos esse, primò, quia malum suum non cognoscunt: secundò quia etsi cognoscant, non tamen ab illo abhorrent; & tandem, quia etsi abhorreant, inducere tamen se ad feriam emendationem non possunt. Ordiamur à primo horum capitum, quorum quòdlibet altero deterius est.

I.

II. Omnia vitia, cum sint ceu eclipsis quaedam rationis, tenebras & noctem in animam inducunt, praereliquis tamen spissiores inducit Libido, quae non solum rationi obtemperare detrectat, in nullo procedit se-
3. Th. 2. 2. q. 50. ad hoc capite à Doctoribus pejor Ira habetur. Incontinentia concupiscentia est pejor, quam incontinentia ira; quia ira quodammodo audit rationem & parret, non autem concupiscentia.
Eth. 1. 7. c. 6.
In istis igitur tenebris Anima primò suum ipsa malum non videt; quod si non videt, quomodo medicinam ipsi faciet? Observandum enim est, Inter Animae & corporis morbos hanc intercedere diversitatem, quòd ad valetudinem

EGNERI
O Christianus

TUR-

dinem corpori reparandam sufficiat, morbum Medico esse manifestum; at verò in morbis Animæ insuper necessarium est, ut mali vis etiam infirmo innotescat: causa est, quòd Animæ, si sana esse velit, necesse est, ut multis liberi arbitrij sui actibus ad suam ipsam salutem concurrat, & auxilia à Deo in tempore subministrata per semetipsum applicet. Qui proinde propriam infirmitatem non agnoscit, quo modo operam dabit, ut illà se expediat? Potentiæ Appetitivæ Animæ ductum Apprehensivatum sequuntur, & sicut canis, quadiu feram non videt, aut odoratu observat, se loco non movet; Ita voluntas nostra, bonum, quod non cognoscit, non appetit. Ad particularia descendamus. Ut quis à Deo fortitudinem, quâ tentationibus esse superior possit, adipiscatur; docent Sancti, nullam conditionem magis esse necessariam, quàm Orationem, id quod Christus clarè tradidit: *Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem.* Quis autem nunquam, quem libido excæcavit, ad Deum se converteret, ut auxilium, ne in tentationes incidat tam sibi perniciosas, suppeditet, si die noctuque nihil aliud, quàm quatione tentari possit, exquirat? Dixit non nemo Medicus ad ægrum siti laborantem solatij gratiâ: faciam, ne tibi sitis porò sit molesta: reposuit infirmus: sed ita, ut non omnino tollatur sitis, sed ut sedetur tantùm. Ita infelici Libidinoso accidit, non desiderat (id quod S. Augustinus olim deplorabat) ut illo

brutali appetitu liberetur, sed potius, ut illum expleat: & ideo non tantùm Deo non petit, his suis malis liberari, sed timeret; & plangit, ceu sortem non parùm miseram, quando ob arctum anis gravem pares Libidini vires potius non habet; tantùm abest, ut ipsemet extenuare conetur: *Timebam, ut me cito exarderes, & cito sanaret à me concupiscentia, quem malebam exple, quàm exingui.*

III. Quin in d. Homo impudicitie deditus non tantùm mali sui gravitatem non agnoscit, sed necesse super, ad quem oporteat Dominum confugere, ut eo liberetur. Observant nonnulli inter omnes Philosophos non fuisse Sectam, quæ minus Deum nō silet, & pejus de eo sentiret, quàm sectam Epicureorum, quæ eò pertigerant, ut aut omnino omnem negarent Divinitatem, aut omnem Divinitati Providentiam. Ratio fuit eadem, qua de agimus; quæ inter omnes vitis obsecrator non est, qui minus videat, quàm qui seculum oblectationem pro suo fine statuit. Tam abjectè hi de Deo sermociuntur, ut de quovis sibi simili homine abjectiùs non loquerentur: nec possunt, aut volunt unquam intelligere, quare is peccatum, quo illi consopere afficiuntur, usque adeò abominantur. De ipso Epicuro Tertullianus affirmat, quòd Solem non crederet magnitudinem unius pedis excedere. *Epicurus cum Solem aspexit, Solis se hemipedalem deprehendit.* Ut adeò vestillimum illud corpus, quod Astronomi semidiametris terræ metiri laborant,

Matth.
26. 41.

borant, cæcissimus iste mortalium
plantâ pedis sui examinare non vere-
retur. Ita ineptum eum reddidit ad
rerum celestium contemplationem
oblectamenta illa caduca, quæ sibi fe-
licitatis suæ scopum præfixerat. O si
quis posset animum Obscenorum ho-
minum intraspicere! quàm ille por-
tentosus in eo tenebras notaret, qui-
bus miser ededucuntur, ut de Sole
Divino non abjectissimam tantùm
ex estimationem concipiant, sed eum
omnino intra cordis sui penetralia ne-
gent? Verificatur, si unquam, in
his, Prophetæ verba funestissima: *Su-
percussus ignis, & non videntur solem.*
Quæ igitur ratione exigitis, ut infeli-
ces hi enim anxie implorent, quem
non cognoscunt?

IV. Adamus in miserissima cæci-
tatis hujus complementum, quod Lu-
xuriosi non solum ea non videant, ac
intelligant, quæ supra sensum sunt,
sive Deum, qui eorum immunditiam
vetat & prohibet, sed vident, quod
non est, aut ut melius dicam, fingunt
se videre Deum, qui non vetat ac pro-
hibeat; ut videntes non videant. Non
vident veritatem, vident autem men-
daciū. Oportet me loqui apertius.
Volunt Libidinosi, hanc suam opi-
nionem impiam & falsam pro sana &
solida dividere; quod nimirum
peccata carnis inter illa, quæ admittit
homo, sint minima; & ideo non
concenti illam verbis Scripturæ aut
sancitæ, ad finem suum expositis, aut,
ut rectius dicam, detortis, & in sen-
sum longè alienissimum à vero per-
vertis, confirmasse, eò pertingunt, ut
R. P. Segneri Christi, Instr. Tom. 1.

impiè spargant inter Juvenes deterri-
mum errorem; quod ante Conci-
lium Tridentinum peccatis gravibus
fornicatio adnumerata non fuerit; &
sic, ut cupiditati suæ patrocinentur,
confundunt duas, eâque diversissimas
inter se sententias, unam, quâ tracta-
tum in Concilio fuit, an Sacerdotibus
conveniret conjuges permittere (id
quod sæpius ventilatum, nunquam
conclusum fuit) alteram, quâ quæri-
tur, an peccatum sit, nec ne, feminam
solutam cognoscere? quæ ultima
quæstio nulli Patrum in mentem ve-
nire poterat, multò minùs, ut quis
eam, nisi risum pro approbatione vel-
let, publicè proponeret; eum ex Sacris
Pagine satis manifestum sit, quod for-
nicatio iure etiam naturali prohibita
sit, quodque (ut pluribus S. Thomas
demonstrat, qui tamen plusquam
duobus integris sæculis ante Conci-
lium vixit) non sit ex illo operatio-
num genere, quæ malæ sunt ideo, quia
prohibita; sed illarum, quæ inter-
dictæ sunt, quia malæ sunt, eum dire-
ctè ordini illi adversentur, quem na-
tura, dum hominem in mundum in-
trodixit, intendit. Sed non nunc
primùm perverissimæ hæ lingue in
orbem investæ sunt; pridem fue-
runt; ita ut Gentium Doctor cogi-
tus fuerit, mendacij eos coarguere,
qui id ipsum jam tunc disseminabant.
Hinc eum ad Ephesios scribit, monet:
Nemo vos seducat inanibus verbis, Eph. 5.
quod peccata carnis levia mala sint:
*Propter hæc enim venit ira Dei in filios
dissidentia.* In quem locum S. Tho-
mas protus subtiliter commentatur,
quod

S. Thom.
2. 2. q.
154.
ar. 2. q.
suppl. q.
55. art. 2.

EGNERI
O Christianus

S.Th. in
ep. ad
Eph. c. 5.
l. 3.

quod Apostolus de nullo alio peccato suos moneat, ut ne in anibus verbis seduci se patiantur. *Notandum, quod in vitijs carnalibus solum docuit vitare seductionem.* Et causa est, quia à principio, ut homines possent libere frui concupiscentijs, cogitaverunt invenire rationes, quod fornicationes & hujusmodi venerea non essent peccata. Discite hinc, an verum sit, Lascivos non videre veritatem, videre autem mendacium; *vident mendacium: nec contenti illud videre soli, omnem movent lapidem, ut falsitas pro veritate habeatur. Seduxerunt populum meum in mendacio suo.* Quid igitur sperari boni de tenebris adeo palpabilibus potest; Infelicissimus ille scetus est, ajunt Astrologi, qui in lucem magnæ cujusdam Eclipsis tempore effanditur. Hujusmodi scetus Libidinosi in mente gestant; *Ebrietas & fornicatio auferunt cor.*

Ezech.
23. 8.

Ierem.
23. 22.

Osea 4.
11.

I I.

V. Fingamus autem, non ad eam Vitium vestrum cæcitatem pertigisse, quæ, ne malum vestrum agnoscatis, impediatur. Imò concedamus, indulgere illud vobis integram malæ cognitionem. An ideo minus quàm illos timere vos oportet, qui illud non cognoscunt? Nihil minus. Quid enim cognitio illa præstat, si ad seriam vos penitentiam non manu ducit? Et hoc est secundum caput, ex quo tam facilis vestra redditur damnatio; scilicet obduratus ad penitentiam animus. Infantes omnino inhabiles nascuntur, ut se juvent, nisi quod à natura fletum loco armorum acceperint, quo se

defendant, matrisque ad compassionem ita commoveant, ut promptè accurrant, eisque necessaria subministrant. Tales omnino Peccatores sunt, si animum spectes, quales sunt Infantes secundum corpus. Nudi sunt, intermes, omni auxilio destituti: nisi quod suis lacrymis Divinam possint Misericordiam fletere; adeo, ut si eorum his abstineant, aut priverentur, sperem omnino nullam salutis suæ retineant.

VI. Tres proin causa sunt exiguæ, aut nullius sensus, quo Immoderati de suis sceleribus afficiuntur. Prima est illa cæcitas superius deplorata, *Peccatum quam ostendisti mihi, ait Propheta in persona peccatoris, percussit femur meum, confusus sum & erubui.* Postquam, o clementissime Deus! videri me fecisti delicti mei enormitatem, illico ex animo dolui, meipsum erubui, confusus & compunctus sum, illamque juventutis meæ dissolutiorem opprobrio mihi duxi, quàm inter jocos numerabam. *Confusus sum & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ.* Ut adeo omnis dolor, quem in se Propheta expertus est, cognitioni adscribatur; unde si in infelicibus his carnis mancipijs illa mentis cæcitas persistat, consequi necesse est, ut etiam cordis durities perleveret, mirâ proflus confessione, cum tenebræ se intendunt, etiam gelu recrudescat.

VII. Altera hujus indurationis causa ex frequenti peccatorum iteratione, quâ Impuri in scelere radices agunt, originem ducit. Considerentur enim, omnia illa in eorum Animabus

reperiri, quæ ad agendas altius radices requiruntur, actuum scilicet multitudinem & intensiõnem. De intensiõne constat: si enim illarum operationes intensæ sunt, sunt illecebrosæ, & inter has maximè, quæ ad tactum referuntur, utpote quæ à natura in homine ordinantur ad generis conservationem; nec ad conservationem eo modo, quo illi bene sit, id quod ex actionibus visus, auditus & odoratus percipit, sed quo simpliciter sit. Et Intensiõni quidem actuum inenitò dicimus, quòd huic in Immundis etiã par multitudo respondet. Major illorum pars, si res bene exornantur, erraverunt ab utero, adeò maturè incipiunt malè agere, ut videantur vitium non discere, sed ex ipsius matrum visceribus secum ferre. Erraverunt ab utero: sicut serpentes, qui cum veneno nascuntur, & antequam dentes habeant, quibus intoxicent, jam toxico turgent. Malæ pueritiæ succedit pejor Juventus, & quod est magis deplorandum, in ipsa virili ætate, in ipsa etiã senectute, nec hilum refrigerant, & instar Etnæ coajungunt foris apparenti pilorum caniciei incendium Concupiscentiæ, quod senu fovent. *Adolescens gradibus juxta viam suam, etiam cum senectute, non recedit ab ea.* Qui hoc ignorent, nunquam nisi ætate omnino consumantur, ad flammam suam relinquendas perveniunt. Quis igitur actuum multitudinem, toties singulis diebus aut hebdomadis repetitorum ad calculum revocabit? Non sine ratione S. Petrus Peccatum immunditiæ, delictum incessabile ap-

pellavit: *Oculos habent plenos admittit, et incessabilis delicti: nec contentus fuit illud vocare non cessans,* quia in consideratione magni peccatorum numeri, quæ omni sua vita multi committunt, non solum peccatum hoc non cessat, sed non posse cessare videtur, adeò trausit in naturam. Erit nonnemo Juvenum, qui cogitationibus, verbis & operibus inhonestis de die minimum decies peccet. Et sic in mense ad trecenta, in anno ad ter millena & plura Luxuriæ peccata pertinger. Quòd si jam longo tempore sceleratum hanc vitæ rationem continet, quis dicendo explicet, quantum inveterata hæc peccandi consuetudo in tanta actuum multitudine & intensiõne confirmetur ac invalescat? Et quomodo postmodum persuadere vobis poteritis, quòd istæ hæc hominum fax ita in promptu habeat scelerum suorum detestationem, cum ad confessionem peragendam venit? Nimis hoc est difficile. Ipsæ etiã vestes in saxum conversæ sunt, quòd longissimo tempore in tumulo lapideo latuissent. Isti inveteratorum habituum tyrannis est; quòd transeant in naturam.

VIII. Tertium denique impedimentum, quod à vera cordis contritione Luxuriosos revocat, versatur in hoc, quòd toto animi conatu id ipsum abominari debeant, quod omni contentione peccando inquirunt. Attendite, magni enim hoc punctum momenti est. In alijs peccatis homo non querit directè id, quod Deus prohibet, sed solum indirectè. Qui

Uu 2 exem-

EGNERI
O Christianus

exempli gratiâ nomen Domini blasphemat, plerumque non vult Divini Nominis contemptum, sed iræ suæ exonerationem, quam ut obtineat, ceu medium arripit, tumido quodam ac horrido impetu, blasphemiam. Qui usuram exercet, non vult directè damnum proximi, sed suum lucrum; unde si emolumentum illud abique proximi detrimento habere posset, longè libentiùs id haberet. Et sic discurrunt per alias peccatorum species, quæ committuntur ab amante, Corrivalem occidente, à latrone viatorem interficiente, à perjuro coram suis Magistratibus. In peccato autem Libidinis non ita. Id quod Deus directè prohibet, est delectatio extra matrimonium illicita; & hanc delectationem directè querit cor lascivium. Unde cum quis furatus est, de damno proximi dolere potest, absque eo, quòd in genere cesset divitias appetere; non ita, qui Libidine peccavit, dolere potest, quin relinquat amorem voluptatis directè intentæ, non solum ut delectatio est ac voluptas, sed ut voluptas sensus est, ac carnis. Et hinc gravissima difficultas exurgit, quam malè assueti experiantur in vero circa hoc peccatum dolore excitando: siquidem totum quasi cor sus deque vertendum est, & id supra omne malum fugiendum, quod paulò antè super omne bonum fuit amatum.

IX. Atque hoc paulò antè indicavi. Ab extremo enim ad extremum transire, non adeò est difficile: difficillimum autem ita statim & sine me-

dio transire, ut qui heri impuris Ruminis ardebat, hodie totus in lacrymas d'fluat, quibus illas exstringat. Et non videtis denique ipsa vestra experientia convinci? Quoties in hoc casu, quo in peccata vestra inquiritis, ut ea Confessione expietis, ad compunctam in illis habendam incitamentis, & quoties, dum illorum numerum initis, periclitamini, ne ipso hoc studio illum augeatis? tam facile, enim cum minime vultis, mentem ab objectum istorum quantitate ad eandem qualitatem impelli vos animadvertitis. Res certa est, cautionem non ex minimis unam esse, quæ Confessarij munus recens aggressis suggeruntur, ut ne in peccatis impudenter pervestigandis ad minutias expositentibus exquirendas descendam: fieri enim potest, ut tam exacta cura hujus inquisitio totam causam eretat, si Sacerdos Judex nimis distinet omnia investiget; & tam crebra ulceret, si Sacerdos Medicus eum nimium scrupulosè intueatur. Et quare hoc? idèò quòd nimium quantum sit difficile, constanter adob abhorre à delectatione per continentiam veritè; hæc enim delectatio ad modum Torpedinis apprehendit apprehendentem se, & pedem, quo calcatur, stupefacit. Audite, nam vera loquar.

X. Certa quædam Juvencola, ubi complures annos fallacis eujusdam Amasij sui concubinam magno suo oblectamento egit, à Deo clementissimè vindictà in morbum & lectum

conjecta est. Et quia morbus multo-
rum erat mensium, tantum orij ha-
bit, ut in se descenderet; visaque est
in aliam profus, ac fuerat, fuisse con-
versa. Confessa primum est inter
multas lacrymas, tantaque constantiâ
culpas suas detestata est, ut tam Puel-
la, quam Confessarius consilium ali-
quod arripere, ut putabant, se-
curum, revera nimium periculosum.
Nam ubi ex longa sua infirmitate ad
extrema deducta est, petijt, & obti-
nuit ab incauto Confessario, ultimum
Amalio suo vale dicere, specioso hoc
pretextu, illum exhortandi, ut & ipse
vitam suam mutaret, quandoquidem
videret, ad quem demum rerum sta-
rum deveniendum sit: comprobavit
intentionem Confessarius, eique ver-
ba suggessit, quibus veterem Ama-
lium acciperet, ac corrigeret, & securi-
tatis majoris gratiâ ipse eum introdu-
cere constituit. Verum quam dissimile
evalit opus idæ, quam conceperat?
Vix enim femina, quem amaverat,
presentem vidit, illico in veteres
amores exarsit, penitus oblita adhor-
tationis, quam optimè præmeditata e-
rat ad compungendum Amatorem
suum; brachia versus illum expan-
dit, & (o quam impio cum ardore)
hæc eum verbis affata est: Amice,
ex corde semper amavi te, decet nunc,
ut ostendam, quod ultimo hoc arti-
culo plus quam unquam te amem.
Video, ac scio, quod tui gratiâ, viâ re-
ctâ ad Infernum pergam; sed nihil in-
terest; tu enim causa es, ut etiam
hanc non timeam. Post hæc conti-
cuis, partim ob vires penitus exhau-

stas, partim ob affectuum vehemen-
tium ac insanorum concitationem;
moxque in lectum, ex quo se levârat,
supina concidit, ac animam efflavit,
tanta Confessarij ac Juvenis conster-
natione, ut, quo verbum ullum
eloquerentur, mortuis & ipsi, quam
vivi similiores, discederent. Quid
dicitis ad hæc? Nec dum persuasum
vobis est, difficillimum Impuris esse,
ut post contractam impudicitie con-
suetudinem ex integro convertantur,
ac doleant? cum in ipso illo actu,
quo scelera sua execrari constituunt,
sæpissimè contingat, ut novæ potius
delectationi assentiantur. O venenum
Immunditiæ detestabile! in memo-
riam mihi Draconem illum reducis,
qui cum ab intrepido Heroe lanceâ
confixus esset, per eandem ipsam lan-
ceam venenum ad brachium ferientis
transfudit, illamque interemit.

III.

XI. Verum, quia constanter asse-
retis, etsi frequenter in hæc pec-
cata reincidatis, ea vobis tamen dis-
plicere; atque inde fieri, ut quo-
tiescunque ad consistendum acce-
ditis, semper æquali cum dolore vos
accusetis. Idcirco necesse erit, ad os
vobis penitus obstruendum, ut malo-
rum omnium extremum, quod est ip-
sum non se emendare, ante oculos
ponam. Et ideo, quæcunque sit ve-
stra pœnitentia, edicite, quid deni-
que illa vobis conferet, si post toties
actam pœnitentiam tandem morituri
estis impœnitentes? Luxuria à San-
ctis Doctoribus sæpenumero cum In-
ferno comparatur. Sed quia longum

Uu 3 foret,

EGNERI
O Christianus
VI
13

S. Ioan.
Chrysof.
hom. 80.
in Io.
S. Hier.
ep. ad
Matrem
Et. Fil.
Rich. 1.
2. in
Apo.
Prov. 7.
27.

foret, omnia singillatim testimonia in medium afferre, omnium loco & nomine S. Hieronymum audite; *O ignis infernalis Luxuria!* ait, *cujus materia gula, cujus flamma superbia, cujus scintilla prava colloquia, cujus fumus infamia, cujus sinus gehenna!* Præterquam quod hanc ipsam comparationem ab ipso Deo in pluribus sacra Scriptura locis adhibitam reperiam; quæ eadem Sacra Pagina amplissimum nobis campum aperiunt, quo notabilem, Immunditiam inter & Infernum, proportionem inveniamus. In quo igitur conveniunt? meâ quidem sententiâ possimum in hoc, quod nulla sit in utroque emendatio. Id quod propriè Infernum Damnatorum constituit, non sunt tormenta, sed tormentorum æternitas. Echinc si tormenta ista multiplicarentur, aggravarentur, & in substantia & in modo; si tamen ex altera parte illis tolleretur æternitas, quâ durarent, Infernus confestim Infernus non esset. Ad eundem modum id, quod Viatorum Infernum constituit, non est sola culpæ quantitas, aut qualitas, quæ ab ipsis committuntur; sed interminata illa perseverantia, quâ, dum vivunt, à peccando non desistunt: instar nigrae cujusdam ex pice tædæ, quæ, quocunque vento agitur, non exinguitur, dum minimum quodvis alimentum flammæ suppetit, quo nutrirî possit. *Anima calida quasi ignis ardens, non exinguetur, donec aliquid glutiat.*

Ecc. 23.
22.

XII. Et hæc est ratio, propter quam Cacodæmon, juxta mentem

S. Augustini, quem sequitur S. Thomas, ita allaborat toto Mundo Luxuriam propagare; quia flammæ Luxuriosorum sunt sicut flammæ Inferni, hoc est, in urendo vehementer, & in attrahendo instar picis tenaciter, quamobrem simul flammæ sunt, & mul & laquei, prout eas Propheta describit. *Diabolus*, scribit S. Thomas, *dicitur gaudere maxime de peccato Luxuria, quia est maxima adherentia, & difficile ab eo homo potest eripi; notabile est enim delectabilis appetitus.* Si quando homo inordinatis suis appetitionibus exsaturandis se dedit, peccare non cessat, quia nunquam satiatur, cum, nescio quomodo, idem illi cibis, qui ad placandam famem admittitur, novam famem excitet. Hærorem mihi mover illa dicendi ratio, quam Propheta Oseas usurpat, cum dicit, illos non tantum per venam conversionem ad Deum non redieros, sed ne de eadem quidem cogituros: *non dabunt cogitationes suas, ut revertantur ad Deum suum, quia Spiritus fornicationum in medio eorum.* Bene ista verba ultima expendit, multi enim sunt ponderis. Unde, quæso, tanta Deum offendendi infatigabilitas? tanta ad rejiciendam emendationem, imò ne ad cogitandum quidem obstinatio? dicam: *Quia Spiritus Fornicationum est in medio eorum;* unde patet, quod spiritus iste illis instar animæ sit, quasi omnium cogitationum scopus, morum & operationum centrum, cor affectionum: *in medio eorum;* sicut Aranea, quæ in medio telæ suæ residet, fortiterque

ex omni parte prædam tenet, ne uspiam evadat.

XIII. Quæ ipsa scelerum continuatio S. Jobum permovit, ut ne unquam oculos in faciem Virginis defigeret:

Popei fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine; Quia, dicebat, si obtutibus frænum peccisero, ab obtutibus veniam ad desideria, à desiderijs pertingam ad opera; & ab operibus ad obstinationem tam contumacem, ut Deus in me nullam portò partem sit habiturus, tanquam in spiritum adversus eum omnino perduelli: Quam enim partem haberes in me Deus desuper? Quia in alijs peccatis quædam adhuc peccatoris pars remanet. Si anima inficitur, non inficitur corpus, & si mens corrumpitur, saltem sensus externi manent immunes. At in libidine non ita se res habet; illa putrida quædam febris est, quæ simul & semel omnes humores corrumpit, ita, ut nullam partem à capite ad calcem, hoc est ab ipso rationis vertice ad imum sensuum Tactum, intactum relinquat. Unde in homine libidinoso nulla Deo pars obtingit, non visus, non auditus, non lingua, non pes, non manus; utpote quæ omnes in opere, ceu in venatione perpetua voluptatis à Deo prohibita occupantur: non memoria, utpote quæ turpissimis semper Phantasmatibus distrahitur: non voluntas, quæ nunquam non luto & cæno defixa hæret; non intellectus, qui novis identidem modis, quibus corpus oblectet, indagandis vacat.
Quam enim partem haberes in me Deus

desuper? non habet in præsentem. Et quod pessimum est, non habebit in futuro; cum infelicibus his constitutum sit, nunquam scelerum suorum catenam rumpere: Non dabunt cogitationes suas, ut revertantur ad Dominum. Et ideo non contentus dicere S. Jobus, quam enim partem haberes in me Deus desuper? adjunxit: & hereditatem omnipotens de excelsis? Quia sicut Deus nullum horum, dum vivunt, possidet, ita hæres eorum non est, cum fuerint mortui: vel si hæres est tanquam Omnipotens de profundo cum Justitia, non tamen est hæres tanquam Omnipotens de excelsis cum Misericordia.

XIV. Dicetis autem: Confiteor; & illo actu ad Deum redire cupio non ex parte, sed Dei totus esse volo. Crederem equidem, si Confessio vestra catenæ esset omnimoda incisio, non autem, ut Sanctus Augustinus observat, mera interruptio: *Non rumpunt peccata, sed interrumpunt.* Certè Confessiones istæ vestræ, in quibus ita confiditis, majorem mihi timorem incutiunt, quàm fiduciam. Inprimis cohorresco, cum observo, quòd ipsæ Confessiones pro scuto, quo peccata defendantur, inserviant, non pro gladio, quo jugulentur. Si quem vestrum increpuero, quòd longo tempore maledicta hæserit consuetudine intricatus; illico mihi respondebit. Ita est, sed semper etiam, à me sceleratè gesta confessus sum. Et si illa vestra muliercula, concione quadam, cui interfuit, commota vestris desiderijs portò renuit acquiescere, animum blandis

EGNERI
O Christianus

blandis hinc vocibus ei facitis. Ne dubita: confitebimur, & salva res erit. Proinde repeto, ac dico; quod majus judicium, vestra vos peccata eodem semper vigore retinere velle, quam quod ipsa Confessione ea confirmare studeatis, quæ tamen omnium peccatorum vestrorum esse mors deberet? Insigne certe propositum vestrum esse debet, dum ipso Confessionis Sacramento ad persistendum in peccato magis pacificæ ac quietæ abutimini. Præterea non modico horrore perstringor, quia etiam si propositum vestrum esset legitimum, quid ad salutem vestram conferret, si singulis illud momentis immutatis & ad vomitum revertimini? Medicina, quæ ubi sumpta ab infirmo fuit, illico vomitu rejicitur, à morte non liberat. Unde mihi credite, quod si in hoc vitio habitum contraxeritis, iniquè cum Anima vestra agatis, nisi summo timore animus vester percellatur: quia ex una parte emendatio longè constantior ad salutem requiritur: & ex altera hæc eadem emendatio in casu vestro est difficillima, uti hæctenus demonstravimus.

XV. Quid igitur reponitis adhucne audetis parvi facere peccata Immunditiæ, & illa nullo non die repetere cum dicto: *Quid mali denique est fragilitas quadam carnis, quid mali denique?* Non oportet dicere; quid mali denique est fragilitas quadam carnis? sed potius; quid mali denique est innumerabilis multitudo abominabilium peccatorum, quæ corpus & animam Deo inuisam red-

dunt, plusquam scecidissimum morticinum? *In sanivie libidine super cubitum eorum, quorum carnes sunt ut carnes Asinorum.* Dicere oportet, quid mali denique est, copia immensis scelerum, quæ voluntatem illam bonam, quam aliàs Deus erga hominem conservat, in odium implacabilem immutat; postmodum autem non amplius ut hominem respicit, sed ut carnem; non ut corpus & animam, sed ut caro est. Dicere oportet, quid mali denique est, immunditiam non minus ingens, quæ intellectum obscurant, ita, ut quod magis ejus malum accrescit, tantò ille minus intelligat, imò illud ceu bonum suum apprehendat, in eoque sibi complaceat? Peccatorum suum quasi Sodoma predicaverat. Dicere oportet: grande nimis malum est iniquitatum sine numero numerum, quæ voluntatem ita indurant, ut quod plus augetur malum hoc cogitauerint, imò ut sibi bonum, apprehendant, in eoque sibi complaceat? *Omnes qui ingrediuntur ad eam, non revertentur, nec apprehendent semitas suas.* Oportet dicere, *Quid mali tandem est, ingens numerus peccatorum, quæ voluntatem indurant, ut serio dolere de noxiis suis non possint, aut saltem peccati assuetudinem nequeat emendare.* Si de unico solum peccato ageretur, satis magna intellectus obscuratio foret, si quis ita, uti vos, ratiocineretur. Judicate proinde, qualis sententia sit argumentatio, si de cumulo omnem numerum excedente, quique nubes æquet, imò trahat, descendat; *Delicta nostra creverunt*

usque ad caelum, sermocinatio in-
feratur.

XVI. Quapropter non aliam de
maximo Luxuriæ malo opinionem ac
confessionem habere debetis, quam
illam, quam Spiritus Sanctus Salo-
mon extorquet, ubi de se ipso dicit;
Pene fui in omni malo; quod idem
est, ut S. Joannes Chryostomus ex-
ponit, sui in peccato Luxuriæ. Nec
gratis nomen hoc sortita est Immun-
ditia, quia inter omnia vitia non est
illum malorum fecundius: *Omni-
bus peccatis major est fornicatio*, Ma-
gnus quidem Theologus inquit

*Th. in nos in se, sed in effectibus. Omne ma-
lum. Quia per Luxuriam homo ma-
ximè à Deo elongatur. Per luxuriam
maximè recedit à Deo. Nimirum est
non in genere scelecum summa sit à
Creatore aversio, est tamen summa ad
creaturas conversio, quâ homo im-
parus Deum suum omnino contem-
nit, cumque vilissimæ carni, quam
circumfert, postponit. Id quod Deus
ipse peccatori exprobrat tremendis
hiscè verbis: Projecisti me post corpus
tuum. Denique omne malum Im-
munditia appellatur, quia per illam
Dæmon de omni homine triumphat:
tuum hominem agit in triumphum li-
vidans, perque ipsam Regnum suum
infernale animabus replet, quemad-
modum asserit S. Remigius, cum di-
cit: Exceptis parvulis ex adultis pro-
pter carnis vitium pauci salvantur. Uti
animæ cuiuspiam sanctæ monstratum
fuit, cui alta quadam contemplatione
abrepta Angelus dixit: sicut Insec-
num Diaboli replevit superbia, ita*
R. P. Segneri Christ. Instr. Tom. I.

hominibus Impudicitia. *Pene fui in
omni malo.* Qui cogitationem huic
irrefragabili veritati contrariam cor-
de suo fovet, seipsum damnato quo-
dam lethargo sopit. Timebat hæc
Propheta, quando Deo maxima
cum demissione se commendabat: *ne
inquam obdormiam in morte.* Ma-
gnum certè malum est, peccato ani-
mam enecare; majus tamen sine com-
paratione malum est somnus ille, qui
ejuscemodî mortem subsequitur tunc,
quando Anima omnem resurgendi
curam ac sollicitudinem ponit.

IV.

XVII. Qua propter rogo vos, qui
ex præsentibus obdormivistis in ma-
lo, quod si nondum est, erit certè vo-
bis omne malum: *in omni malo*;
rogo, inquam, vos, ut maturè exci-
temini, adhibendo duo hæc remedia,
quæ, antequam Sermonem finiam,
vobis suppeditabo: fructum enim
aliàs exiguum ferrem, si vestræ infir-
mitatis gravitatem vobis ostenderem,
modum autem, quo convalescere pos-
setis, non asserrem: certè magis face-
rem desperatos, quam sanos. Scitote
igitur, id ipsum me ad persanandam
Immunditiam requirere, quod ad
malignam valde febrim curandam re-
quirunt Medici. Partim humores ac-
censi per evacuationem purgantur,
partim fervor ille potenti refrigeratione temperatur. Clariùs: Luxu-
ria duobus hiscè pharmacis corrigi-
tur, Oratione, & malarum Fugâ oc-
casionum. Oratio enim celesti qua-
dam pluvîâ concupiscentiæ ardorem
refringit; fuga occasionum verò
Xx fune-

EGNERI
CHRISTIANUS

funesto huic incendio materiam subtrahit.

XVIII. In primis tota animi contentione Deo vos commendate, magnam vestram debilitatem ei exponite, malorum quoque habituum vestrorum pondus, quod vos oprimit, effrenem etiam perduellis appetitum vestri impetum, qui vos jugiter vexat; deinde in memoria quasi ei revocate divina sua promissa, quibus in Sacro suo Evangelio multoties velox auxilium spondit: Exhibete illi immensum Divinissimæ Passionis thesaurum, dolores illos, illum sanguinem, quibus omnia vobis bona promeritus est. Quod si ita omnibus diebus orare perrexeritis, non multum abibit temporis, cum animadvertetis, in cor vestrum paulatim descendere rorem divinæ Gratiæ, quæ ardores vestros placidissimè extinguat. *Ascendit oratio*, ait S. Augustinus, *et descendit miseratio*; liquidem Divina misericordia magno cuidam fonti similis est, semperque parata est ad aquam in omni abundantia affundendam, dummodo labrum aperiamus, quo promanare possit; alioquin nihil unquam hauriemus. *Oportet semper orare et nunquam deficere*: Quam beatus etiamnum foret Salomon, si remedio hoc uti perrexisset! etiamnum foret exemplum continentie, qui modo Scandalum est Luxuria. Bene in principio agnovit, quod solus Deus hanc ei Gratiam conferre posset, quæ castus viveret, & ideo magna cum sollicitudine hoc ab eo donum expetivit: *Vi serva, quo-*

niam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, adij Dominum, et deprecatus sum illum, et dixi ex totis precibus meis etc. Sed in hac petitione ad finem usque non perstitit. Vos itaque perseverate, & animum non abijcite, cum vos non illico exauditos perveritis. Imò tantò instate vehementius, & ipsâ repulsâ confidentiam vestram animare; quia quò diutius pulsando perstitieritis, tantò aperitur amplius: *Pulsanti aperientur*. Ab vocatam Sanctissimam Virginem. Motrem vestram adhibete, eumque in finem obsequia illa vestra, quæ in ejus honorem obitis, dirigite, ut in profundo hoc gurgite resurgere, non ut quidam faciunt, ut quietius in ea lascivire possitis. Et cum ex animo Virgini Sanctissimæ supplices accideritis, manus etiam ad reliquos colorum Incolas levate, & modò orate, modò alterum ex Patronis vestris interpellate, ut ne vos in luto hoc perire jacere sinat: *Eripe me de luto, ut vocatur figur.*

XIX. Alterum remedium summa necessarium ad pestiferam hanc fluxumam extinguendam, in alimentis eodem subtrahendis consistit, sive in illarum occasionum, personarum, colloquiorum, quæ animum detinere possent infringere, seriâ fugâ. *Luxuria vitari vix potest, nisi vitetur principium ejus, scilicet aspectus mulierum pulchra*: uti docent ex S. Thomæ Doctores. Proverbium apud vos est, quod semper utimur: *Occasio facit furum*; ego autem dico, occasionem in causa esse, ut Dæmon ipse magis fur fiat, & qui

lib. de
salut.
mon. c.
29.

Sup. 8.
29.

& quidem quod pessimum est, ipsius hominis. Quam parum hic fur furem, nisi vires ab occasione acciperet, quâ involvi ipsi quarimus? hæc una & sola est, quæ demonem roborat, nos debilitat. Arma porrigimus ipsi, quibus nos feriat, & scutum proijcimus, quo nos defendamus. Hæc una & verissima causa est eladium nostrarum & jacturatum, quas identidem facimus, dum Gratiam Dei perdimus, & à Confessione in eisdem statim miseriis relabimur: quia credere nolumus, ejusdem nobis fugam summè esse necessariam. Frequentantur eadem choreæ; ad eosdem ludos & lusus acceditur, nullo non vespere ad procandum reditur, diebus festis ad saltum, feriis ad jocos concurritur: quid deinde mirum, si homo vix in pedes erectus denud cadat? Deum audite, quàm opportune nos maximi periculi commonefaciat: *in medio mulierum non commorari; de vestimentis enim procedit inica, & à muliere iniquitas viri.* Quod ipsum etiam cum proportione feminæ sibi dictum putent, quæ non minore in periculo versantur, dum tanta cum libertate, qualem hoc tempore videmus, inter viros agunt, colloquendo, corridendo nulli non familiares. Contigit quandoque, ait Aristoteles, ut hirundines reperirentur omnino deplumatae ac nudæ, quales sunt, cum excluduntur. Ratio fuit, quod auferent tempore hyemali in nostris se regionibus continere, nolentque ut alia trans mare volate. Idipsum miseris etiam Juvenculis ac-

cedit, quando ornamento illo, quo coram Deo aded formosæ, & coram hominibus honoratæ comparebant, expoliantur, Virginitate suâ scilicet: quo ornamento tam venusto nudatæ aut angulis se abscondunt, aut inter alios, non sine rubore, videntur. Causa est, quod tantum sibi fidant miseræ, & cum alijs, magis cautis, Juvencum familiaritatem nolint declinare; ita amicitijs & amoribus implicitæ, ut credant resistendi firmitatem ita sibi in promptu fore. *Non est periculum, oggerunt, non est periculum; negantque ibi esse periculum, ubi sapienter illud evitare debebant.* *Sapiens timeat, & declinet à malo, ait Proverbia 14. Sapiens, sulcus transit & confidit.* Et hoc documentum tam necessarium longè adhuc magis in praxi observandum est respectu occasionum, quæ proximæ appellantur: illæque domus & personæ fugiendæ sunt, in quarum consortio Deus sæpius fuit offensus. Secus enim non jam dicam, quod à Confessione in antiqua scelera sitis relapsuri, sed dicam insuper, vos in confessionibus vestris à lapsu nunquam resurrexisse. Idemque vobis eveniet, quod sauciato Cervo, cui nihil prodest ad aquam recurrere, nisi sagittam, quâ tactus fuit, è vulnere extraxerit.

XX. Quæ duo remedia, si constanti usu fuerint assumpta, balsamum tam salutare suppeditebunt, ut plagam quamcumque luulentam perferant. Et ideo si institutione hæc mea magnitudinem mali, in quo Libidinosi versantur, didicistis, credi-

EGNERI
O GRISSIANUS

credite, quod non cognoscant, non plangant, non emendent hanc suam proterviam, non aliundè provenire, quam quod aut Deo constanti devotione supplices non fiant, aut occasiones non declinent. Vos verò, Auditores humanissimi, geminum hoc

pharmacum usurpare, ut à luxu, quod mundus universus inficitur, immunitis; *Mundus totus positus est in malo*: Et cum vivere extra Mundum non possitis, scitote rationem, qua in eo vivere valeatis, quin sociibus inquinemini.

DISCURSUS XXV.

De Pretio Virginitatis.

I. **N**on credo modum esse magis efficacem, quo prodigus suam prodigalitatem dedoceatur, quam si illæ opes & divitiæ ante oculos statuatur, quas profundit. Hac animadversione emendare Neronem filium suum voluit Agrippina, Filium revera Prodigum, qui uno die sine ulla causa & meritorum intuitu, octingenta scutorum millia cuidam dono dedit. Fecit illa in unum cumulum redigi omnem illam pecuniam & auri vim: & hoc, inquit, modicum illud est, quod uni cuiquam heri dono tradidisti. Volo hodie & ego hac uti regulâ, & dum expendo, quot sint Animæ, quæ magnum illum Virginitatis suæ thesaurum pro nihilo abijciunt, primò ante oculos ponam immensas illas divitias earum, quæ thesaurum hunc possident; deinde inferam in altera Discursus mei parte immanem earundem prodigalitatem,

quæ thesaurum hunc incautè pretio profundunt.

I.

II. Et ut quàm paucissimis verbis ritatè hanc omnibus persuadeam, considerare solummodò juvabit, magnum hunc Virginitatis thesaurum summo semper in pretio tam apud Terrigenas quam apud Cœlites & Inferos fuisse.

III. Et primùm quidem pecuniam profus Virginitatis aestimatio tantum homines viguit, apud quos si ipsa etiam Echnicos in sui admirationem rapuit, dicendum sanè est, eam fuisse profus maxmam, qualis illa lux cœlet, quæ etiam modo quodam ad reparum oculos & pupillas pertingeret. Veteres Romanos, qui se justos rerum omnium arbitros jactabant, quod Virginitati pretium posuissent, bitramini? tantum ceræ, ut rectè Hieronymò, non Viri Consulares tantùm, non tantùm Consules, sed ipsi etiam Imperatores, si quando in publicis comptis Virginem Vestalium obviam haberent, dignius place-